



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

88. Paphnvtivs Ad Episcopos in Concilio Nicæno prohibuituros sacerdotibus  
coniugium. Capit. 14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Præsul ait, si qua tibi restat copia carnis,  
 Protinus hanc nobis igne coquente para.  
 Carnibus his coctis secum rogat hospes vt vnâ  
 Vescatur, Dominus quas sibi cunq; dedit.  
 Non ego, ait, vetitis vescor nunc carnibus hospes,  
 Christo qui Domino nomina sancta dedi.  
 Imò, ait, es Christi quia cultor, vescere quouis,  
 Sunt etenim mundis omnia munda p̄ys.

Titum, 4.

87. DICTVM MAGNI EVSTA-  
 chij Episcopi Antiocheni. Cap. 6.

**N**on credimus, homines sine Deo posse  
 præualere contra sacrâ adorandamq;  
 legem, Euangelicamq; doctrinam.  
 Nam licet ad modicum roborentur, rursus  
 fortiter tamen & magnificè deuincuntur.

*Nil homines poterunt contra veneranda valere  
 Dogmata, quæ Christus tradidit ipse Deus.  
 Nam licet ad tempus valido stent robore firmi,  
 Fortiter hinc victi magnificeq; cadunt.*

88. PAPHNVTIVS AD EPISCO-  
 pos in Concilio Nicæno prohibitu-  
 ros sacerdotibus coniugium.  
 Capit. 14.

**S**urgens in medio Paphnutius confessor  
 contradixit, honorabiles confessus nu-

ptias, & castitatem esse dicens, Concubitum cum propria coniuge, suavit'q; concilio, ne talem proponerent legem grauem, asserens esse causam, quæ aut ipsis aut eorum iugalibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum esset inexpertus, synodusq; laudauit sententiam eius, & nihil ex hac sanciuit parte, sed hoc in vniuscuiusq; voluntate, non necessitate, reliquit.

*Niceni patres tædas prohibere iugales  
Tentarunt mystis presbyterisq; viris.  
Quos contra Christi martyr Paphnutius inquit,  
Expers coniugij quamlibet ipse foret:  
Quid vos presbyteris tædas prohibere iugales  
Tentatis, sanctum coniugijq; thorum?  
Cõiuge cum propria licitum est cõcumbere cuius,  
Quod statuit Dominus non scelus esse potest.  
Coniugibus vestris ne lex vobisq; videte  
Causa sit illiciti concubitusq; vagi.  
Hæc vbi dixisset, liber, velut antè, relictus,  
Presbyteris castus legitimusq; thorus.*

82. **QVERELA VSTAZADIS**  
Eunuchi & nutritoris Saporis Regis  
Persarum, quòd in eius gratiam  
solem adorauit, reprehensus  
ob id à Simeone Episco-  
po. Lib. 3. cap. 2.

*Saporis*